Pompeius appropinquare syllam cum audiret. omnes copias in armis militariq:
apparatu esse iussit: uti pulcherrime splendideq: sese uenturo imperatori o
stentent. premia namq: magna honoresq: amplos ab eo sperabat: quibus etiã
maioribus postea potitus est. Vt ergo sylla uenientem pompeium aspexit
milites q: incredibili robore astare: & ob pugnas strenue gestas: elatos hyla
resq: ẽẽ. equo exiliens et imperator demore appellatus pompeium et ipse im
peratorem econtra salutauit. Quod preter omniũ spem fuit. ut uiro iuueni
nec dum in senatum admisso id nomen sylla cõmunicaret: pro quo cũ scipi
onibus mariisq: certauerat. Cetera colloquii ac beniuolentie sylle haud fu
ere his dissimilia. sub assurgentis aduenienti pompeio caputq: enudantis:
que erga alium haud facile fieri cernebantur. Licet iuxta se plures & optima
tes uiri tum circum adessent. His tamen pompeius nihil elatus est: sed con
festim in celtiberiam mittitur: quam prouinciam habebat tum metellus.
nihilq: in ea apparatu suo dignum egerat. In hac prouincie designatione
ferunt pompeium dixisse: equum non ẽẽ uirum seniorem et gloria clarũ
priuari exercitu. sed si metellus annuerit iusseritq: ut cure socius sit:
tum se id prompte suscepturum. Quod cum suscepisset metellus: eumq:
proficisci scripsit atque & pompeius prouinciam adortus: preclaris suis gestis
floruit. Vires preterea metelli quas hactenus feruentes audacesq: pugnan
do habuerat: tum ob senectam extinctas excitauit calefecitq:. Quemad
modum era ab igne liquefacta: si frigido firmoq: eri infundant magis q̃
ignes illud molliunt dissoluuntq:. Sed ut in athleta qui princeps inter
fortissimos habeatur. agonesq: undiq: gloriose uicerit: nulla habetur ratio
puerilium certaminũ: que alicuius memorie digna non existimantur.
sic gesta que tum gessit pompeius: per sese admiranda stupendaq: pre ma
gnitudine copia ue eorum que postea egit: obscura atq: obruta sunt. Ea
igitur prosequi timeo: ne his immorando initiis ab illis arcedamus. que
amplissima mores et habitum uiri maxime ostendant. Cum ergo uicis
set italiam sylla: ac dictator fuisset appellatus: ceteros quidem exercitus sui
prefectos insigniuit meritis: hos ad diuitias alios ad dignitates magistratusq:
prouehens alios ut cuiq: decuit abunde donis erexit. Pompeii uero uirtutẽ
admiratus: magnumq: presidiũ sibi fore eum existimans: affinitate ipsũ
iungere sibi curat. Cui rei cum metella uxor. suo nutu consilioq: fauẽt.
Pompeio suadent ut antistia dimissa emiliam sylle priuignam e metella
& Scauro genitam ducat. Hec nuper uiro copulata fuerat. et exeo grauida
erat. Vnde hoc coniugium tyrannicũ magisq: tempestati syllane cõgru
ens q̃ pompeio uisum. Ad ipsum ergo per domesticũ quendam emilia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_919/0011

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG